

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Georg Mejer Johannes Nemorimontius

**Disputationum Physicarum Decimaoctava. De Meteoris In Genere, Et In Specie
De Ignitis**

Rostochii: Myliandrus, 1610

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736881>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742736881/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742736881/phys_0001)

DFG

R. U. phil. 1609. 10.

12 ggl.

35 1717



Disputationum Physicarum
DECIMA OCTAVA.

DE
M E T E O R I S
IN GENERE, ET IN
SPECIE DE IGNITIS.

Quam

Divina adspirante gratia

In Inclita Academia Rostochiensi


SUB PRÆSIDIO

M. GEORGII MEIERI
Duderstadiensis Saxonis.

Tuebitur

JOHANNES NEMORIMONTIUS
warnensis Megapol.

ad diem 18. Iulij horis & loco consuetis.



Rostochij Typis Myliandrinis Anno 1610.

*Amplissimis, Clarissimis & consul-
tiſſimis Viris,*

DN. MARTINO GERDES
U. J. D. & inclytæ Reipub. Gustrovienium Consuli præ-
stantissimo, ejusdemq; Syndico prudentissimo.

DN. ULDARICO CRUGERO
ejusdem Reipubl. Senatori spectatissimo ac Templi Ca-
thedralis provisori vigilantissimo.

V T E T

*Humanissimo, pietate, virtute, prudentiâ, & omnis generis
doctrinâ conspicuo Viro.*

DN. NICOLAO LEPPINO
Scholæ Gustrovianæ Cantori dignissimo, & Præce-
ptori suo olim fidelissimo.

*Dominis Mecænatibus, promotoribus, fautoribus atq; patro-
nis suis, ut benè de se meritis, ita & maximè
observandis ac colendis.*

*Hanc de Meteoris in genere, & igneis in specie ἄσητον
Φυσικὴ, in grati animi Syrapham, & perpetuæ
observantiae arrham
offert, dicat, consecrat*

Johannes Nemorimontius.

DE METEORIS IN GENERE, ET IN SPECIE DE IGNITIS.

Theorema I.

Meteorum est corpus imperfectè mixtum,
ex exhalatione vaporéve ,aut utroq; vi caloris
aut frigoris existens.

De elementorum mixtione actum fuit. Quemadmodum autem ea est vel imperfecta, vel perfecta: Sic & ipsa corpora mixta sunt vel imperfectè mixta, ex imperfecta & inconstanti elementorum concretione genita: vel perfectè mixta, ex perfecta & constanti eorundem concretione genita. Quia vero ab imperfectis ad perfectiora progredi lege Methodi jubemur, rectè à corporibus imperfectè mixtis, ad qua communiter meteora referuntur, facimus initium.

II. Ut autem cò melius naturam meteororum cognoscere queamus, placet communes eorundem causas investigare. Causa efficiens meteororum est vel calor, vel frigus. Calor exhalationes & vapores è terra & aqua excitat & extollit: Frigus vero eos constringit. Materia est vel exhalatio, qua est materia calida & sicca: vel vapor, qui est materia calida & humida. Forma meteororum communis aliqua non est, sed diversa & varia, pro varia ipsius materia differentia. Finis est partim illustratio glorie D^EI, partim salus & commoditas tam plantarum, quam animantium. Sunt vero meteora, vel ignita, vel aërea, vel aquæa. Igneorum considerationem præsens hac disputatio exhibet.

A 2

Theo-

Theorema II.

Meteora è quatuor elementis sunt conflata.

I. Sunt enim i. corpora mixta. Mixtum autem quod est, quatenus constat elementis. Από τη μητρὶ σώματα οὐα τοῖς τοῖς μέσοις τῶν εἰν εἰς αὐτοῖς τὸν οὐγενεῖτον ταῦτα αὐτῶν. Arist. lib. 2. de g. n. & cor. c. 8. t. 49. 2. Mixtio omnis constat è contrarijs. Datō igitur, uno & altero, reliqua etiam dari necessum est. Εντὸς δὲ αἱ φύσεις ἐκ ταῦτων εἰσίν, εὐνάχει δὲ τὰ πέρα ταῦτα εἰσίν, ἀνάγκη γὰρ τὰ πέρα εὐνάχειν. Arist. ibid:

II. Nec obstant argumenta: 1 quod meteora subito dissolvantur, evanescant, & intereant. 2. quod in ultima eorundem resolutione non omnia quatuor elementa conspiciantur. Nam primò, quod subito intereunt, non provenit ab unius vel alterius elementi præsentiā, sed ab imperfecta quatuor elementorum concretione. Quia enim imperfectè mixta sunt & dicuntur, non tam diu durare possunt, quam perfectè mixta. Deinde, non tantum in resolutione meteororum, sed & plurorum perfectè mixtorum, omnia elementa non conspicuntur: adfuisse tamen illa, partim è motu, partim effetu, partim alijs conditionibus, conjectamus.

Theorema III.

Ignita meteora vel dicuntur revera talia: vel saltē ad apparentiam.

Ιλλα ουσίαις: hæc εὐφαληρά communi nomine appellantur. Συστῆλη meteoræ realēm habent in nubib[us] ὄντας: εὐφαληρῶν vero non est realis existentia, sed mendax, quemadmodum ex objecto corpore colorato ad aquam, cernitur ejusdem coloris imago, quæ in aqua non est aliquid revera, sed nuda saltē representatio.

Theorema IV.

Ignitum meteorum est corpus imperfectè mixtum, ex exhalationibus accensis genitum

Meteororum ignitorum efficiens causa partim sunt astra, quæ vi & efficaciam calorū exhalationes è terra excitant; partim ignis supremæ regionis, qui exhalationes in altum elevatas incendit & inflamat; partim evēclarum exhalationum motus & agitatio, quæ eas adeò attenuat & rarefacit, ut facilimè à vicino igne incendantur; partim frigus secundæ aëris regionis, quod tantopere inclusum halitum constringit, cogitq., ut omnibus calorū partibus, cœn in unum collectis maximè incalescat. Materia est exhalatio radiis solaribus in terra attenuata, & ob levitatem suam vel ad infimam aëris regionem, vel ad medium, vel ad supremam evēta, ubi incenditur. Forma hujus generis meteororum eadem non est, sed diversa pro situ, copia, & alijs materia varietatibus.

Theorema V.

Quæ in suprema aëris regione apparent meteora ignita, sunt: Fax, trabs, jaculum, scintillæ volantes, capræ saltantes, cometa.

I. Fax est exhalatio tenuis, in longum distensa, quæ superiore parte accensa, instar facis inflammata ardet. Alias candela dicta, quod suprema ejus pars primum accendatur.

II. Trabs est exhalatio longa & arctius concreta, quæ accensa ad trabis similitudinem appetet. Alias ignis perpendicularis, sive pyramis flammea dicta, quod accensa pyramidē etiam representet.

III. Jaculum est exhalatio oblonga, crassoribus paribus, cum tenuioribus æqualiter permixtis constans, quæ accensa instar sagitta in sublime elevatur & extollitur. Gracis dicitur anovtia.

IV. Scintillæ volantes sunt exhalationes, in multas, minutissimæ partes sparsæ, quæ inflammata stipularum instar, conspiciuntur. Communi nomine stipulae ardentes vocantur.

V. Capræ saltantes sunt exhalationes non continuatarum, sed interruptarum, leviter tamen coherentium partium, ut ignis copia ex

et ex una in aliam partem transilire queat, speciem representantes lascivientium hædulorum saltantium.

VII. Cometa est exhalatio viscosa, copiosa, & arctè compacta, quæ accensa stellæ præse fert imaginem. Stella autem revera non est. 1. Quia Cometa non tantum augmentum & decrementum capit: verum etiam post aliquod temporis spatiū prorsus consumitur & extinguitur. 2. Quia motus Cometa non est constans & regularis, neq; statim temporibus appetit, quemadmodum stellæ. 3. Quia stellæ omnes figuram habent sphæricam: Planeta vero non item. Velenim barbati, vel comati conspicuntur.

VIII. Sed sunt qui contrariam tuerintur sententiam, Cometam non meteorum, sed stellam appellantes, moti his rationibus. 1. Quod cum stellis magnitudine, luce & motu conveniat 2. Quod non ita sit caducus, ac reliqua meteora. 3. Quod Cometa aliquando in æthere supra Lunam conspectus fuerit, ubi tamen nullum meteorum generari potest, ideoq; etiam Aristoteles de meteoris verba faciens, in hac verba erumpere non dubitarit: Πάντα ἡγετούσαι τοῦτο γένεται. lib. 1. Meteor. c. 4.

XIX. Ceterum rationes haec non tantum ponderis habere videntur, ut propter eas ab Aristotelio sententia sit recedendum. Nam quod ad primum attinet, dicimus initio nullum Cometam, stellam magnitudine adæquare, quia omnis stella, excepta Luna, major est terrâ: Cometa vero ne Luna quidem magnitudinem refert, quæ tamen stella est minima, tantum abest ut aliis cuiusdam referat. Quod autem aliquando Lunâ major appareat, fit id propter vicinitatem, quia nobis est propinquior. Ac propinquior quod sit, visus testatur: ipsum enim modo augeri, modo diminui, pro ratione materia, ex qua constat, cernimus. Praterea habet quidem lumen Cometa, sed reliquias meteoris ignitis commune, & est cometæ lumen flammae potius simile, quam stellarum luci. Motus deniq; cometæ non est certus, sed incertus, vagus & irregularis. Pendet autem motus cometæ circularis partim à primo mobili, quo cum unâ circumduci-

cumducitur: partim à motu certi cuiusdam Planetæ, qui dominium
in ipsum habet. Ad secundum respondemus, quod duratio Come-
ta, ipsi materia sit ascribenda, quæ ut satis ingens est, copiosa,
& ricta: ita diu quoq; inde ali potest Cometa. Quin & licet
in eadem materia non servetur, servatur tamen in nova con-
tinuè in altum elevata, & loco pabuli suppeditata. Adde quod
nullus Cometa tam diu durare possit, quam stellæ, vix enim ultra
sex vel paulo plures menses durat, post deficit & consumitur. Quod
autem consumitur, id certè est caducum. Ad tertium, quod instru-
menta Mathematica ostendant, locum meteororum esse in supremo
aëre, non vero in cælo, & negari non potest, quin sapissimè in aëre
Cometa cōspecti sint. Si ergo sunt stellæ, cur quoq; non semper in cæ-
lo conspicuntur? Quod attinet cometam anno 1572. visum, adhuc
dubium est, utrum revera supra Lunam extiterit. Deinde si vel
maxime conceditur, fuisse supra Lunam, tamen nondum probatum
est, illum revera cometam fuisse, ac non potius stellam aliquam
extraordinariā, à Deo eo tempore creatam, ac postea annihilatam.
Quanquam autem sapientissimus ac summè potens rerum condi-
tor, septimo creationis die ab omni opere quievisse in sacris legatur:
attamen inconveniens non est, hodiè quoq; novas aliquando à Dō
stellas creari, propter eventus, qui mortalibus impendent, prænun-
ciandos, præsertim cùm ab ipso etiam hisce in terris haud rarò ope-
ra stupenda & miraculosa, communem naturæ cursum transcen-
denterque funesta sapientia portendunt, proveniant.

I X. Solet autem ipsius cometæ ardor plerumq; vel comam vel
barbam repræsentare, idq; oritur è dispositione materia, quæ vel
magis vel minus flatulenta existit. Quando enim copia halituum
sive flatuum, undiq; in materia illa habetur, undiquaq; quoq; ra-
diis quosdam, tanquam crines ex se spargit & emittit. Quando
vero in aliqua saltem parte, ejusmodi flatus continentur, erumpunt
& illi ab una materiei illius parte, & magnam radiorum copiam
ad similitudinem barbae emittunt. Reliquæ species omittimus, quas
expri

exprimere solet Cometa; cum quod variae nimis sint, tum quod nullius certae rei representativa.

X. Color similiter varius existit. Vel enim Cometa est sanguineus & rubicundus propter halitus densitatem; vel nigricans propter crassitatem; vel candidus ac albicans propter paucitatem ac raritatem halitus.

XI. Effecta quoque cometarum sunt multiplicia, que tamen ut omnium meteororum non parum incerta sunt ac dubia, ut sunt: siccitates, agrorum sterilitas, multitudo ventorum, terra motus, tempestates, aquarum inundationes, pestis, & id genus alia.

Theorema VI.

Quæ in media aëris regione conspicuntur ignita meteora, sunt: Stella cadens, clypeus ardens, fulmen, cuneus fulmineus, fulgor, fulgetrum, tonitru, Draco volans.

I. Stella cadens est exhalatio, qua æqualiter rara, in longum latumq[ue] patens, ob subtilitatem, siccitatemq[ue], vel à motu, vel à circumstante frigore inflammata, instar stellæ lucentis emicare & profilire videtur. Frigus enim secunda aëris regionis per avl[em]ēçōr[um] or[um], exhalationem calidam ita cogit, ut omnibus partibus calor[um] quæ dispersæ prius erant in unum collectis, incandescat magis, tandemq[ue] incendatur. Dicitur vero avl[em]ēçōr[um] compressio, item reciprocatio: coarctatur enim innatus calor adeò, ut vi ambientis frigoris in ardorem potius erumpat, quam vincatur.

II. Clypeus ardens est exhalatio intra duas nubes conclusa, ita ut exterior pars igne concipiatur, interior vero obscura videatur.

III. Fulmen est exhalatio crassa, arida & calida vi radiorum solarium ad secundam aëris regionem delata, qua in ea conclusa per avl[em]ēçōr[um] acceditur, & nube vi disrupta maximo cum fragore & sonitu, deorsum deiecitur. Triplex vero fulmen vulgo consti-

constituitur. Primum est fulmen terebrans, quod ob subtilem ac tenuem quam habet materiam, angustissima penetrat, & qua resistunt frangit. Secundum discutiens, quod ob crassam suam materiam, obvium quodvis dissipat, & discindit. Tertius amburens quod ob materia spissitudinem non penetrat, sed saltem obscurat, & leviter amburit.

IV. Cuneus fulminis nonnunquam cum fulmine ejicitur, genitus ex exhalatione viscosa, terrestri & calida, qua vi radiorum solarium attracta, per avlatoeis orum frigeris ad. o cogitur & coarctatur, ut intra se ignem concipiatur, qui partes crassiores terreas instantum exurit, ut lapis durissimus producatur.

V. Fulgor est exhalatio tenuis & sicca in nube intercepta, qua accensa è nube erumpit. Alias dicitur coruscatio.

VI. Fulgetrum est exhalatio ravior, qua minus emicat & diffunditur, obscuriorum sonum murmuris instar in nubibus ciens & excitans.

VII. Tonitru est sonus ab exhalatione intra nubem concavam plurimum constrictam conclusa, proveniens, qua rarefacta exitum querit, quem dum non invenit, maximo fragore nubem rumpit.

IX. Draco volans est exhalatio crassa, compressa, qua sum tendens à frigida nube repellitur, repercutta incurvatur, accensa & figuram Draconis representat.

Theorema VII.

Quae in infima aëris regione generantur meteora ignita, sunt Ignis fatuus, & ignis labens.

I. Ignis fatuus ex exhalatio pinguis, orta ex aëris frigoris, ab aëris commotione varie impulsa & agitata. Dicitur ignis fatuus, vel quod attractu suo non comburat, vel quod viatores incantos fatuet, & in avia seducat. Quia enim in certo motu movetur, sese sequentes facit errare. Deinde ipsi consternuntur viatores

ores, ex improviso hanc flammam affidentes, ut pro nimio metu, haud raro inter eundem titubent, & sic præcipites in devia ferantur. Cernuntur autem plerumq; in locis palustribus, metallicis, præcipue vero in cæmiterijs, patibulis, & locis, ubi cadavera cumulari, vel mactatarum pecudum sanies effundi solet, ob pingue videlicet & viscosum halitum, qui ibi reperitur.

II. Ignis lambens est exhalatio rara & subtilis, vel per agitationem, vel avl. &c. accensa, quaæ hominum capillis humerisq;, ut & equorum, aliorumq; animalium magno calore præditorum, sine ulla laßione adhærescit. Hujus rei exemplum proponit a Virgilio lib. 2. Eneid.

Cum subitum, dictuq; oritur mirabile monstrum :
Namq; manus inter, mastorumq; ora parentum -
Ecce levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.

Theorema VIII.

Meteora εὐφαντὶα, aliàs φάσματα dicta, quæ non revera, sed saltem ad apparentiam existunt, sunt: Chasma, colores nubium, halo, iris, virgæ, parelius, paraselene.

I. Chasma est, quando halitus in extremitatibus rarer, in medio obscurior ascendi, cujus partes extrema à radijs stellarum illustrata representant dehiscenitæ cæli imaginem sive speciem. Latinus significat hiatum.

II. Colores nubium dependent à dispositione nubium, & radijs vel Solis, vel Luna, & diversimodè ab his illuminati conspicuntur. Modò enim sunt albi; modo nigri; modo rubri, modo virides.

III. Halo est circulus lucidus in nube, illustratus à Sole, Luna, vel

vel alia stella, quam ambire videtur. Non enim sit in vicinia siderum ut nobis apparet, quia illic aër valde est tenuis, & refractio fieri nulla potest: sed non longe à terra talis fit effigies, quam visus noster sua imbecillitate deceptus, circa ipsum sidus putat positam. Latinis area dicitur rotunda. Vocatur & alias corona. Apparet vero halo noctu potius quam interdiu, & circa Lunam frequentius, quam Solem, quia Sol calore suo vapores, in quibus halo generari solet, consumit.

IV. Iris est arcus multicolor in nube rorida, & concava, à radijs oppositi Solis ad nostrum visum reflexis, efformatus. Color triplex potissimum in Iride notatur: puniceus, viridis, cœruleus. Nam ubi radiorum reflexio fortissima est, ut in nubis parte densiore, puniceus color efficitur; ubi vero rarer nubes existit, minor reflexio, viridis; ubi vero minima, ibi cœruleus color conspicitur. Aliquando tamen & color flavus apparet, qui ex commixtione viridis & punicei efformatur. Non inficiamus autem & Luna radijs Iridem effici posse, sed id per quam raro accidere experientia probat. Hic vero questio oritur, utrum scilicet iris fuerit ante diluvium. Quia quæstio unicâ adhibitâ distinctione decidi potest, si distinguatur, inter id quod est potentiam, sive in causis suis; & quod est ipso actu. In causis suis fuisse Iridem ante diluvium manifestum est, quia fuit Sol, füere nubes: actu vero ipsam extitisse certò affirmari nequit, quia neg. in sacris, neg. prophanis id ipsum exprimitur. Nullum autem dubium est, quin, si nubes in legitima fuerint dispositione, Solq; iisdem oppositus, actu etiam extiterit iris. Illud tamen notandum, arcum hunc ante diluvium non fuisse divina clementia signum, sed nudum saltem meteorum.

V. Virgæ sunt refractio radiorum solarium, qui in nubem non oppositam, sed à latere Solis collocatam incidentes, ob inaequalem ejusdem densitatem, finium in longum exporrectorum speciem representant.

Parelines

VI. Parelius est quando nubes densa, continua & aquabilis ad latus Solis posita, idolum seu imaginem solis recipit. Debet vero haec nubes esse in justa distantia ad Solem, quia si propinquior esset, discuteretur vi caloris; si remotior, speciem non reciperet. Aliquando autem duo parelii conspicuntur, quando videlicet plures nubes recte dispositae juxta Solem collocantur: Sic enim idolum Solis ad unam perductum, aliud in alteram imprimet.

VII. Paraselene est quando nubes densa, continua & aquabilis ad latus Luna posita, imaginem Luna recipit. Et est pars ratio sine conditio paraselenes & parelii. Quemadmodum enim Sol splendore suo nubem dispositam feriens, semetipsum representat: Sic & Luna.

XII. Quidam meteoris apparentibus Galaxiam seu orbem lacteum adjiciunt. Verum, quia orbis iste constans est, perpetuus & immutabilis, haud recte meteoris annumeratur. Statuimus ergo, Galaxiam esse partem cœli, albicante colore apparentem, propter concursum plurimarum minutissimarum stellarum, in ea consumentium.

COROLLARIA.

I.

An Meteorologia sit scientia? A.


II.

An Cometa sit globus tantummodo à radjibz solari-
bus illustratus? N.

III.

An fulgor prius sit tonitru? N.







306. sect. 20. in hæc verba erumpens: Omne quum principium, aut à primo principio. Unia dependent igitur. Ergo suâ naturâ omnia ruptibilia. Est itaq; spiritus corruptibilis; natura: nunquam vero corruptitur; nunquam immortalitate Deus ipsum donavit.

Theorema II.

Spiritus est vel Angelus, rationalis.

Legitimam hanc esse spiritus divisionem dare licet. Nam 1. Angelus tantum, & aingunt. 2. immortalitate fruuntur. 3. per se possunt. Ergo etiam tantum spiritus existunt.

Theorem III.

Angelus est spiritus, qui per se in corpore, sed semper extra corpore.

I. Dicimus Angelum per se nunquam in corpore, sed semper extra corpore. per accidens tamen id fieri posse, concedimus. quando corpora assumere, ut appareant bona est. Et testatur Scaliger, Angelos ipsos sibi co-

359. sect. 13. Verum quia hujuscemodi corpora nunt, & natura eorum non est, corporibus ut formare, meritò per se ab omni corporis unione.

II. Sunt vero Angeli in duplice differenti boni: quidam mali. Malitiam intelligimus, sed moralem. Diabolus enim ratione essens, ac Angelus bonus. Quia 1. est Ens. 2. bonum: quia bonum cum Ente convertitur.

Quicquid autem à Deo creatum est, bonum

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 104